



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Epistola Hvgonis Lvgdvnensis Archiepiscopi ad Robertum Abbatem  
Molismensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

**R**obertus Molismensis Ecclesiæ in Episco- *S. Rober-*  
 patu Lingonensi fundatur primus Abbas, *tus Abbas*  
 & quidam eiusdem cœnobij fratres ad ve- *Molismē-*  
 nerabilem *Hugonem* tunc Apostolicæ sedis *fis, & pri-*  
 Legatum, ac Lugdonensis Ecclesiæ Archi- *mus Ci-*  
 episcopū venerunt, vitam suam sub custo- *stertiēsis:*  
 dia sancte regulæ Patris Benedicti se ordi- *de quo*  
 naturos pollicentes. Et idcirco ad hoc li- *Martyrol.*  
 berius exsequēdum, ut eis & sui iuuaminis, *Rom. 29.*  
 Apostolicæque auctoritatis robur porri- *April. ex-*  
 geret, cōstanter flagitarunt. Quorum voto *statq; vi-*  
 Legatus ille lētanter fauens, tali epistola *puduriū,* *ta eius a-*  
 exordij eorum fundamentum iecit. *per Odonē*  
*Abbatem*  
*Molismē-*  
*sem.*

**EPISTOLA HV GONIS LVGDV-**  
**nensis Archiepiscopi ad Robertum Ab-**  
**batem Molismensem.**

**H**VGO Lugdunensis Archiepiscopus,  
 & Sedis Apostolicæ Legatus, *Roberto*  
 Molismensi Abbat, & Fratribus cum eo  
 secundū regulam S.Benedicti Deo seruire  
 cupiētibus. Notum sit omnib<sup>z</sup> de S.Matris  
 Ecclesiæ profectu gaudētibus, vos & quoſ-  
 dam filios vestros Molismēlis cœnobij fra-  
 tres, Lugduni in nostra præsentia adstitisse,  
 ac regulæ beatissimi Benedicti, quā hacte-  
 nus tepidē ac negligēter in eodem mona-  
 stero tenueratis, arctiūs deinceps atque  
 perfectiūs inhærere velle professos fuisse.  
 Quod quia in loco prædicto, pluribus im-  
 pedien-

## 10 CHRONICON

pedientibus causis, constat adimpleri non posse, nos utriusque partis saluti, videlicet recendentium atque illic remanentium prouidentes, in locum alium quem nobis diuina largitas designauerit, vos declinare, ibique salubrius atque quietius Domino famulari, utile duximus fore. Vobis ergo tunc presentibus, videlicet, Roberto Abbatii, Fratribus quoque, Alberico, Odoni, Ioanni, Stephano, Letaldo, & Petro, sed & omnibus, quos regulariter & communi consilio vobis sociare decreuistis, hoc sanctum propositum, & tunc consulimus, &, ut in hoc perseveretis, præcipimus, & auctoritate Apostolica per sigilli nostri impressio- nem, in perpetuum confirmamus.

**DE EGRESSV MONACHORVM**  
*de Molismo, & de aduentu eorum ad Ci-  
 stertium, deque monasterio, quod  
 incepérunt.*

**P**Os t hæc talia ac tanta, antedictus Abbas, & sui auctoritate freti Molismum redierunt, & de illo religioso fratrum collegio, socios votum in regula habentes elegerunt, ita ut inter eos qui Legato Lugduni fuerant locuti, & illos qui de cœnobio vocati, viginti & unus monachi essent, talique stipati comitatu ad eremū Cistertium, quæ Cistertium dicebatur, alacriter teterunt.

*xxi. Mo-  
 nachi ex  
 Molismo  
 vadunt  
 Cistertium.*